

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6879

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Pont-Audemer, Saint-Gilles (hôpital)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1161]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens possédés par les lépreux de Saint-Gilles de Pont-Audemer.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. La Roque de La Lontière Gilles-André de, *Histoire généalogique de la maison d'Harcourt*, Paris, Cramoisy, 1662, 4 vol., t. 3, p. 39.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CXCV, t. 1, p. 326-328.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 327.

Texte établi d'après b

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris, baillivis, et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis tocius Anglie et Normannie, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse infirmis fratribus Sancti Egidii de Ponte Audomari quicquid eis rationabiliter datum est vel ab eis emptum, scilicet: ex dono comitis Mellenti, XXX. libras hujusmodi monete quam ipse comes recipiet de prepositura sua in Ponte Audomari ; in Anglia, in villa que vocatur Cellentona, unam carrucatum terre cum omnibus instauramentis et communi pastura ad nutrituram pecunie (?) sue ; item ecclesiam de Esturministra, assensu et consensu Rogeri Saresberiensis episcopi, cum decimis et omnibus pertinentiis suis, ad vestimenta suorum sacerdotum concessam, et XL. carratas lignorum adducendas usque ad Pontem Audomari ; item X. acras de alneto suo ad hortos sive pascua, et duas acras suorum pratorum juxta fossam Vetularum ; item unam carrucatum terre desuper boscum Ardearum ; et de toto vino suo quod veniet ei de Bello Monte, et de vinea sua de Sauhus, et de clauso suo de Cruce, plenariam decimam ; item de toto vino suo quod veniet ei de Francia, sive per terram sive per aquam, duas partes decime, et duos burgenses apud Pontem Audomari, quietos ab omni consuetudine ; item medietatem tocius decime corrediorum domus sue, sive in Normannia sive in Anglia ; item tria milia harengorum apud Pontem Audomari ; in Brotona, duas quadrigas ad ligna eorum adducenda, quietas a consuetudine ; item unam carrucatum terre apud Brionnium, et hospitem unum apud Brionium (sic), ad facienda eorum negocia ; item unam masuram terre in prato apud Monfort, solutam et quietam ab omni consuetudine ; apud Boscum Goiet terram quam ipsi emerunt a Normanno, armigero comitis. Ex dono Roberti de Formovilla, terram

sub bosco Ardearum. Terram quam emerunt de Radulfo Croc XII. solidis Carnotensium, et molituram ejusdem terre, ex dono Radulfi Eflanc. Ex dono Willelmi de Wanescrot et Hugonis Harenc, terram juxta domum suam, unde ex recognitione habuerunt tres marchas argenti et dimidiam, et XXVIII. denarios Stellingorum. Item terram quam dedit eis Petrus filius Anseri. Et apud Sanctum Sansonem, terram quam emerunt de Ricardo Broc et fratre ejus, et Roberto presbitero filio Feroudi, et terram Beatricis filie Ansetilli, quam ipsa vendidit VII. marchas argenti ; item terram Radulfi Birbote, quam ipse eis vendidit duas marchas. Ex dono Thome de Bello Monte et filii ejus, XX. acras terre in villa que dicitur Hispania, et pascua ovibus et animalibus ipsorum, et ejus terre adquietationem que ad ipsum pertinet, et preter hoc terram ipsius Thome de Coldreio, in bosco et plano et pratis, assensu Radulfi Eflanc. Ex dono ipsius Radulfi Eflanc, haiam unam cum fossa juxta pratium, et molituram ejusdem terre. Ex dono Radulfi Parvi, masuram unam terre in Bulgerua ; ibidem unam masuram terre ex dono Radulfi filii Gilberti. Ex dono Willelmi de Tibouvilla, terram de Fonte. Ex dono Pagani, unam acram terre. Domum etiam et terras quas dedit eis Geroldus Puella. Ex dono Willelmi de Olnebac, XXII. acras terre et domum Rogeri quietas, et communem pascuam ejus, ubicunque fuerit, quietam et liberam, ad nutrituram pecunie ipsorum, et licenciam hominum suorum qui domum Sancti Eligii accrescere voluerint de terris suis, salvis suis rectitudinibus. Ex dono Ricardi Abbatis, duas acras apud Olnebac. Ex dono Godefridi Landerici et Willelmi fratris sui, dimidiam acram ibidem. Ex dono Roberti de Wasvic, III. summas salis ad mensuram de Wasvic, annuatim ad domum illorum propriis suis expensis deferendas. Et preter hec, ecclesiam Sancti Jacobi desuper Monfort, et ipsam feriam ex meo dono eis concedo et hac carta confirmo, similiter et feriam Sancti Egidii de Ponte Audomari. Item ex dono Roberti filii Richeldis, duas domos cum acquietanciis illarum domorum quas Odo Malviel dedit ecclesie Sancti Egidii quantum ad ipsum pertinebat. Ex dono Rogeri de Hantona, domum Roberti de Tolcha, cum libertate sua, quam ipse comes de Mellento predictis fratribus concessit. Ex dono Roberti Potier, IIII. acras terre apud Poteriam. Ex dono Celse, unam domum cum areis appendentibus. Quare volo et firmiter precipio quod predicti infirmi hec omnia predicta habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, plenarie et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte sue testantur.

Testibus : cancellario, et Nicolao de Sigillo, et Ricardo de Luci, et Willelmo Maleti dapifero, et Roberto de Sancte Marie Ecclesia, et Ham. Boterello, et Reginaldo de Curtenayo.